PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh.
Seite 80v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

oratione prosecutus Gla Et me inquit glauco sapienciae
huius participem apponite Tra Hec omnia o socrates Tra
simachus adiecit a nobis delibata esse putato So Quid
ergo egistis magis huiusmodi sermonem assumentes veluti
apologio de republica dicere compellatis que quidem ego
peregisse letabar si quis ista veluti enarrata sustinuisset
indulxisset que vos demum erigentes ne stetis profecto
quantum verborum exame sustinetis hec ipse nostens
sponte preteream ne maiorem turbam eadem tonitaret oratio Tra Quid igitur inquit Trasimachus
aurum ne fossuros hunc nos venisse verisimilem an sermones
audituros So Verum sed moderatos arbitrabar Gla
Moderato magis glauco huiusmodi sermones audiendi
o socrates tota vita intellectu poditis nobis itaque
permitte ipse ne fatigere quidem si quid rogabimus que
admodum tibi videatur exponere que communio videlicet
mulierum ac puerorum nostris custodibus futura sit
iuvenum quoque qui in medio generationis ac eruditionis
tempore constituti sint nutrimenti que tui maxime
difficilis apparebat tu vero ut se res habet temptato
explicare ratione

Tota vita eruditis sermonibus audiendis imparcienda

Capitulum Secundum excusatio Socratis de communione custodum referenda deinde eiusdem explicatio
eadem viris ac feminis officia esse impenda So Gla

Non facile o beate disserere tot enim incredibilia
tractum sistunt hiis que iam diximus quippe
an possibilia narrentur audientes am
bigent et quaque fieri queant optimaque consecutur
refellentur tamen ex quo sermone istud maxime voveo
attingere ne votum quoddam et precatio amice optime
mea videatur oratio Gla Nichil magis vereare neque enim
adeo malivoli aut infidi aut nequiam erunt qui te audiet